Capita propositionis Ill.mi Dn.i Comitis Adami à Schwartzenbergk Ser.mi Electoris Brandenburgen. ad Sac. R.m M.tem Poloniæ & Sueciæ Legati.

Primum de responso, Reg. M.tis prioribus Internuncijs Suæ Cels. Elector. dato, ad petita Suæ Cels.

Ac primo quidem puncto, de termino homagij & investituræ, in futuris Comitijs præfixo, acquiescit perobservanter S.a Cels. speratq. R.am M.tem, maturè tempus certum S.æ Cels. significaturam, quo ad istum actum, paratior in persona comparere queat,

De secundo petit, submissè S.a Cels. dignetur R.a M.tas animum paternum & benignum suum, nunc declarare, ut statim etiam ante homagium S.a Cels. titulum & administrationem Ducatus Prussiæ, capere, bonâ cum gra. R.æ M.tis queat, quia Feudum istud, est hæreditarium quod nullum interregnum, nullam vacantiam admittit, quia S.a Cels. unâ cum Dn. Parente piæ memoriæ, infeudata, & in realem possessionem Ducatus immissa fuit, iuramentumq. subditor. hæreditarium, simul cum dicto Dn. Parente accepit, præsentibus & iubentibus Dnis Commissarijs Regijs, Paragraphus in diplomate investituræ ad hunc casum minimè pertinet, ut ipsa verba & contextus eius, indicant; R.æ M.tis & Regni iuribus abundè cavetur à S.a Cels. peculiari scripto, in vim iuramenti, quod S.a Cels. nunc ante homagium, offert. In Imperio Romano pro Electore regnante iam etiam ante homagium Imperatori præstitum, ab ipso Imperatore & Electoribus S.a Cels. agnoscitur, in ipsis illor. l[itte]ris, ad S.m Cels. scriptis, neq. id quisq. in dubium vocat.

De tertio rogat, S.a Cels. ut concedat R.a M.tas, gravamina, quor. quatuor tantum supersunt, facillima expeditu à S.a Cels. inter privatos parietes, componi, anteq. eor. avocatio ad cognitionem R.æ M.tis fiat, tum quod pestis nunc in Prussia grassans, accessum hum. inde venientium inhibeat, tum quod ista gravamina, moram optimè patiantur, utq. eo fine R.a M.tas ad querulantes perscribat, eosq. hortet., ut sese rationi

FR TIDÅ SAML.

& æquitati accommodent, nec nodum in scirpo quærant,

Altera pars Legationis est de matrimonio Suetico,

Hoc Ill.ma Parens S.æ Cels: vidua Electrix inscia & invita S.æ Cels: absen, insciis etiam Consiliariis, cum filia, Sorore S.æ Cels: nuperrimè confecit, dum Gustavus Sueciæ Princeps, præsens, sed incognitus & Jam omnibus Consiliariis, ipsiq S.æ Cels: consorti Electrici, ad Electricem viduam veniens Berolinum, consentien. dicta Dn. Matre, dictam Sororem S.æ Cels: sibi desponderet, eoq nomine arrhas & munera sponsalitia virgini daret, & vicissim ab ea acciperet, Quod re iam peracta, nec amplius integra, præfata Dna Mater, Consiliariis S.æ Cels: demum aperuit, à quibus id S.æ Cels: in Prussia existen perscriptum est,

Dissensum vero S.æ Cels: nunq istas Nuptias probantis testantur: primum anteacta viven adhuc Dn. Parente, Electore, piè defuncto, cui S.æ Cels: nuptias istas vehementer & continuò dissuasit, & si fierent, contra protestari voluit,

Probant etiam lrae tum Dnæ Matris, tum Consiliariorum, tum ipsius Sororis & Gustavi etiam.

Tandem confirmari hoc potest, confessione Dnæ Matris, & Sororis, ac iuratis testimoniis omnium Consiliarior. & alior Ministror,

Causa autem quæ sponsalia hæc maturavit, hæc est, quod Gustavus & per lras, ac Nuncios suos & intercessione alior imprimis Ioannis Casimiri, Comitis Palatini, qui paulo ante ex Suecia rediens, Berolini apud Electricem viduam fuerat, tandem ipse præsens ut dictum est, blanditiis suis animum Matris ipsi Virginis expugnavit, ut quamvis Mater antea aversaret istas Nuptias, tamen statim mutata, in eas consenserit. Quæ quod metueret filium Electorem rem dissensu suo, quem ipsa perspectum habebat, impediturum: Ideirco tantopere properavit, ut non nisi rem peractam & conclusam cum Consiliariis & post cum S.æ Cels: communicaret.

In Ser.mum Parentem S.æ Cels: piè defunctum, quod culpa conjici videtur, id sanè maxima eius fit iniuria. Nam is palam præsentibus multis, & ipso Comite à Schwartzenberck, Nuncio Gustavi ita ani-

mum suum declaravit, sese Nuptijs istis Filiae libenter assensurum, si mo-
do pax cum Sac. R.ae M.te Polonia ineatur, aliàs se id facere neutiquam pos-
se, eò quod Rex Poloniae Dnus suus esset. Eadem cautela semper
idem Ser.mus Elector usus est in negotio isto, sive cum alijs sive cum fi-
lia, de eo ageret & loqueretur.

Quod si vero vivo eodem Electore & quasi in matrimonium illud
consentien̄, ut fertur, tam̄ Dna Mater Nuptias istas impedire po-
tuit, cur nunc mortuo illo, & moderno Electore filio, à nuptijs istis
abhorrente, ab eadem Matre impediri non potuerunt? cur tantopere
in ijs perficiendis properatum est?

Sane nulla alia de causa nisi ut pro solito affectu à filio averso, ei
aegre faceret, & suspicionibus apud S.m R.m M.tem & Regnum vel ali-
„is inimicitijs eum implicaret, unde molestia in Ducatu Prussiae, peri-
„culumque in ditionibus Cliviae & Iuliacensibus oriri possit, quod quidem
illis, quibus mores istius foeminae Electricis, & res anteactae cognitae sunt,
haud novum aut insolitum videri poterit.

Iam vero S.a Cels. sicut antea dissensit, & rem integram certo im-
pedivisset, si eam agitari scivisset, ita nunc perfectam, & non ampli-
us integram, dissolvere non potest, nec iure, nec de facto.

Iure non potest, quia consensus ipsius, seu fratris & tutoris quamvis de
honestate requirendus fuisset, tamen non adeò fuit necessarius, ut
sine illo fieri non potuisset Matrimonium, cum Matris consensus
adesset, multo minus defectus istius consensus fraterni, est causa
sufficiens dissoluendi matrimonij, vel etiam sponsaliorum iam initorum,
cum iure Canonico, nec quidem Patris dissensus id efficere possit.

Tum pacta Domus Brandeburgicae cum Regno Poloniae inita, Virgines
& Mulieres nihil afficiunt. Ipsae inde nihil expectare queunt, Dos
etiam non ex aerario S.ae Cels. sed ex contributione subditorum Electo-
ralium, confici debet.

De facto sese opponere & turbare has Nuptias nihil aliud esset,
quam causam praebere belli & desolationis Ducatus Prussiae (in
quem eundem Sueco patet aditus, si non per Portus Prussiae, sal-
tem per Curlandiam,) qualem Livonia passa est.

At cui bono? Quid enim interest R.ae M.tis & Regni, haec an alia
Mulier, Sueco nubat? Dummodo his nuptijs immaculata & intacta

fides Electoris erga S.^m^ M^tem, & Rempublicam, de quo nullum dubium est, permaneat.

Absterrent etiam inde S.^mi^ Cels: voces illorum, qui R.^æ^ M^ti^ authores sunt, S.^m^ Cels: quovis prætextu, sive religionis sive alio, Ducatu Prussiæ privare.

Quare petit obnixè S.^a^ Cels: ut R.^a^ M^tas^ sibi & mentem suam, & consilium quod sibi de animo S.^æ^ M^tis^ polliceri, & quid in prænti casu statuere & agere debeat aperire dignetur.

Si R.^a^ M^tas^ velit, ut S.^a^ Cels: hac occasione inducendi Gustavum ad honestas quasdam pacis tractationes, utatur, non omnino pertinaci dissensu, huic matrimonio sese opponendo, in eo libenter S.^a^ Cels: morem gerere & candidam fidem suam R.^æ^ M^ti^ probare studebit.